DECISIONES CASVVM

IVRIDICA PRAXI RECEPTORVM

totaq; die contingentium, ac in contradictorio Iudicio deciſorum.

VINCENTIO CAROCIO TVDERTINO
I. C. CLARISSIMO AVTHORE.

Nunc ſecunda hac editione in ſtudioſorum gratiam euulgatæ.

Indice duplici, uno Titulorum, altero Rerum memoria dignarum, ut copioſo, ita & methodicè digeſto, quo facilius materiæ omnes legenti occurrere poſsint, accedente.

CVM LICENTIA SVPERIORVM, ET PRIVILEGIIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

VENETIIS, MDCXII.

Apud Florauantem Pratum.

CINTIO
ALDOBRANDINO,
S. R. E. CARDINALI
AMPLISSIMO,

Sanctiſs. Pontificis CLEMENTIS VIII. Nepoti meritiſſimo, vtriuſque Signaturæ Præſidi digniſſimo.

VINCENTIVS CAROCIVS TVDERS.

CINTI Auitis edite Clariſsimis
O, & præſidium, & dulce decus meum.
Accipe laborem hunc ſub tuo nomine editum & in me a in te ſeruitutis principium, quod humiliter tibi offero.

DECISIONVM ALIQVOT CASVVM, PRAXI IVRIDICA, ET FORENSI FREQVENTIVM.

Authore Vincentio Carocio I.C. Tudertino.

Liber Vnicus.

CASVS PRIMVS.

Donatio in fraudem creditorum.

SVMMARIVM.

1 *Fraus excogitari poteſt aduerſus creditores futuros.*
2 *Contrahens cum aliquo, debet perquirere conditionem ipſius.*
3 *Scire, & ſcire debere paria ſunt.*
4 *Forenſis contrahendo non excuſatur, ſi non perquirat conditionem eius cum quo contrahit.*
5 *Cautè negotiandum eſt.*
6 *Emens rem furtiuam cum proteſtatione pro dominò, non per hoc excuſatur.*
7 *Creditoribus ſuccurritur contra donatarium omnium bonorum ante debiti contracti.*
8 *Tacens aliquam qualitatem in contrahendo, quam ſi expreſſiſſet alius non contraxiſſet, dicitur eſſe in dolo, & cum eo contrahenti ſuccurritur.*
9 *Cauſa oneroſa præfertur lucratiua in concurſu earumdem.*
10 *Donatarius non admittitur ad probandam contra emptorem, qui poſt donationem emerat.*